marchiam et ducatum et lombardie par-
tes et romanie rogandis de suffragio pre-
stando vel si hoc apte fieri non posset
quod non proponerent adversarii. Hoc
audito, quod si contingeret infortunium esset
penitus incivile rogare pro talibus et
excusatio insta precibus non parcendi.
quibus actis guerriatrix campana so-
nuit que tinniens premonet omnes
ad guerram et inducit ipsa plerunque
sua virtute quietem. Tempore autem
quo incipiunt herbe flores emittere
vexillifer civitatis carrocium scilicet
in publicum est reductum ut moris
est comitibus proceribus et nobi-
libus deferentibus lanceam et potestate
taliter contionante:

Nobilissima civitas florentina que
ab actu ~~se nomen~~ accepit, que scripto
iure florentissima nuncupatur, he-
dificata fortunatis auguriis patrum
est hucusque secuta vestigia qui
frena tenentes orbis collectabantur
excellentioribus privilegiis quos enim-